UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Theodosio Imperatori. 35.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

φόρου καθέδρας, ἵν' ἐξαστράπτῃ φωτισμὸν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ δογμάτων καὶ πράξεων, σκότους ἀπηλλαγμένων, ὅπως ὁρῶντες οἱ λαοὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς ζωτικῆς λαμπηδόνος, πρὸς ἐκείνας εὐθύνωνται, καὶ τὸν πατέρα τῶν φώτων δοξάζωσιν. ἔχεις τὴν λύσιν ὧν ἠρώτησας σύντομον. ζώσης.

eſt, ſuæ lucem ferenti cathedræ: vt & dogmatum, & actionum ab omni caligine liberarum, ſplendorem Eccleſiæ, fulgetræ inſtar, afferat: quò nimirùm plebs viuifici fulgoris radios ſpectans, ad eos ſeſe dirigat, patriſque luminum gloriam prædicet. Habes breuem eorum, quæ percontatus es, ſolutionem.

Προυνιχίῳ. λγ.

Διὰ τί μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ἔφης Ἰωάννης. καὶ εἰ προφήτης ὁ Ἰωάννης, τί ἦν ἐν αὐτῷ περισσότερον προφήτου, ἐπειδὴ τοῦτο λέγει ὁ κύριος. ἄκουε τοίνυν πλεῖστα ἐν ὀλίγοις· μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὁ Ἰωάννης, ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς νηδύος μητρικῆς προεφήτευσε, καὶ ἐν σκότει κρυπτόμενος, τὸ φῶς ἐλθὸν οὐκ ἠγνόησε. περισσότερον δὲ προφήτου, τὸ καὶ αὐτὸν ἰδεῖν ἐν σαρκὶ, τὸν προφητευόμενον, ὃν πάντες οἱ πατριάρχαι καὶ προφῆται, δι' ὀνείρων μὲν ἢ ὀπτασιῶν ἐφαντάσθησαν, θεωρῆσαι δὲ αὐτοψεὶ οὐκ ἐπέτυχον.

Prunichio. 33.

Cur maior inter natos mulierum Ioãnes dictus ſit, quæris: &, ſi Propheta ipſe erat, quidnam prophetica dignitate amplius & excellentius habebat? Siquidem hoc Dominus dixit. Audi igitur paucis verbis plurima. Idcircò maior inter natos mulierum Ioannes, quia ex ipſo materno ventre vaticinatus eſt, atque in tenebris abditus, & occultatus, lumen, quod venerat, minimè ignorauit. Hoc autem nomine Prophetas antecellit, quòd eum quoque, qui prædicebatur, in carne conſpexit: quem Patriarchæ omnes ac Prophetæ, per ſomnia quidem aut viſiones quoquo modo informarunt, reipſa autem atque oculis perſpicere minimè potuerunt.

Luc. 7. *Cur maior inter natos mulierum Ioannes.* *Luc. 1.*

Τῷ αὐτῷ. λδ.

Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; Ἰωάννης τῷ κυρίῳ ἐδήλου, ὑπὲρ ἀληθείας ἀποτέμνεσθαι μέλλων, καὶ τοὺς οἰκείους αὐτοῦ μαθητὰς προσαγαγεῖν σπουδάζων, ἀμφιβάλλοντας πρὸς τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν, εἰ μείζων ἐστὶν ὁ κύριος Ἰωάννου, διὰ τὴν ἀκριβῆ πολιτείαν Ἰωάννου. καὶ τοῦτο δι' ὧν εὐθὺς ἔπραξεν ὁ κύριος ἔδειξε, ταῖς πολλαῖς θαυματουργίαις ἐπαληθεύσας τὴν μαρτυρίαν Ἰωάννου, καὶ ὄψει πιστωσαμένους τὴν ἀκοὴν τοὺς ἀπιστοῦντας ἐκπέμψας.

Eidem. 34.

Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Domino ſignificabat Ioannes, cùm veritatis cauſa, caput ei amputãdum eſſet, ſuóſque diſcipulos ad eum adducere ſtuderet, qui ob accuratam atque omnibus virtutis numeris abſolutam ipſius vitam, ad ipſius teſtimonium, nãm Dominus eo maior eſſet, ambigebant. Atque id Dominus per ea, quæ ſtatim fecit, demonſtrauit, cùm per multa miracula Ioannis teſtimonium comprobauit: eóſque qui Ioannis verbis diffidebant, ita dimiſit, vt oculis atque ipſo aſpectu confirmatum haberent, id quod auribus acceperãt. *Luc. 7.*

Θεοδοσίῳ βασιλεῖ. λε.

Εἰ τῆς χριστοῦ βασιλείας ἀντιποιῇ, ἣν ἡ ἄφθαρτος διαμονὴ στεφανοῖ, καὶ

Theodoſio Imperatori. 35.

Si Chriſti regnum adipiſci ſtudes, quod corruptionis omnis expers perpetuitas

tanquam corona cingit, quódque Deus pro caduco imperio, iis, qui præclarè atque honeſtè iſtud adminiſtrarint, præmij loco conſtituit, potentiam tuam manſuetudine ac ſuauitate tempera; conuenientíque diſperſione onus diuitiarum leua.
Pſal. 32. Neque enim ſaluatur Rex per multam
Auarus idololatra. potentiam: neque impij ſimulachrorum cultus crimen effugit, qui fluxis opibus
Epheſ. 5. parcit.

ἔπαθλον τῆς φθαρτῆς τοῖς χρηστῶς αὐτὴν διέπουσιν ἔθηκεν ὁ θεός, ἡμερότητι κίρνα τὴν ἐξουσίαν, καὶ δέοντι σκορπισμῷ τὸ βάρος κούφιζε τοῦ πλούτου· οὔτε γὰρ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, οὔτε εἰδωλολατρείας ἐκφεύγει ἀσέβειαν, ὁ τοῦ ῥέοντος πλούτου φειδόμενος.

Antiocho Spadoni. 36.

Operæpretium eſt te, cùm ſacros libros euoluas, atque in eorum, vt audio, lectione aſſiduè hæreas, admirandi Danielis hiſtoriam noſſe: nempè quòd, cùm in mediis erroris fluctibus verſaretur, nullum
Dan. 1. tamen captiui hominis affectum ſubiit, ne ad cibos quidem communes vſque, quorum perceptio eos, qui iis fruerentur, contaminabat. Ac quoniam non modò Imperij miniſter es, ſed ipſum etiam arbitratu tuo ac libitu moderaris; in id omni ſtudio ac diligẽtia incumbe, vt iuſtitiam in morbum prolapſam, imò, vt rectius loquar, iam extremos ſpiritus edentem, confirmes: vt iuſtum tribunal tibi placidum ac benignum inuenias: etiamſi nunc ipſius tibi haud crebrò in mentem venit, immodicæ videlicet rerum humanarum pompę admiratione perculſo.

Ἀντιόχῳ εὐνούχῳ παλατίου. λϛ.

Χρήσε τὰς ἱερὰς ἀναπτύσσοντα βίβλους, καὶ τῇ αὐτῶν ἐγκαρτεροῦντα, ὥς φασιν, ἀναγνώσει, τὴν κατὰ τὸν θαυμάσιον Δανιὴλ ἱστορίαν εἰδέναι, ὅτι μέσος τοῦ κλύδωνος τῆς πλάνης ἱστάμενος, οὐδὲν ὑπέμεινε πάθος αἰχμάλωτον, οὐδὲ μέχρι σιτίων τῶν κοινῶν εἰς μετάληψιν, καὶ μὴ κοινούντων κατὰ πεείσασιν τοὺς μετέχοντας. καὶ ἐπειδὴ οὐ μόνον διάκονος τυγχάνεις τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ ἄγεις αὐτὴν καθὼς βούλει, σπεῦσον ἀναῤῥῶσαι τὸ δίκαιον καταπεσὸν πρὸς ἀσθένειαν, ἢ μᾶλλον πρὸς αὐτὸν ὑπάρχον τὸν θάνατον, ἵνα τὸ δίκαιον εὕρῃς εὐμενὲς δικαστήριον, εἰ καὶ νῦν αὐτοῦ πολλάκις σοι ἐνθύμησις οὐχ ὑπέρχεται, ὑπὸ τῆς ὑπερφυοῦς φαντασίας ἐπτοημένῳ.

Euſebio Epiſcopo. 37.

Condis quidem, vt aiunt, Eccleſiam in Peluſio, machinis quidem ac molitionibus luculentam, ſed improbis ſtudiis & ſacratum electionum pretiis, & iniuriis atque contumeliis, & tenuiorum oppreſſionibus, & pauperum ſumptibus. Id quod
Mich. 3. nihil aliud eſt, quàm ædificare Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniuſtitiis. Deus porrò ſacrificio ex alienis bonis conflato nihil opus habet; verùm illud, perin-
Eſa. 66. de atque eum, qui canem mactat, execratur. Quæ cùm ita ſint, & ædificare, & iniuriam aliis inferre deſine: ne alioqui domus illa te apud Deum prodat & conuin-

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ. λζ.

Κτίζεις, ὥς φασιν, ἐκκλησίαν ἐν Πηλουσίῳ, λαμπρὰν μὲν τοῖς μηχανήμασι, πονηροῖς δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασι χειροτονιῶν τιμήμασι, καὶ ἀδικίαις, καὶ ὕβρεσι, καὶ πενήτων ἐκπιεσμοῖς, καὶ πτωχικοῖς δαπανήμασιν, ὅπερ οὐδέν ἐστιν ἕτερον, ἢ οἰκοδομεῖν Σιὼν ἐν αἵμασι, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις. οὐ χρῄζει δὲ ὁ θεὸς ἐξ ἀλλοτρίων θυσίας, ἀλλὰ ταύτην ὡς θυόμενον κύνα μυσάττεται. παῦσαι τοίνυν καὶ κτίζων καὶ ἀδικῶν, ἵνα μὴ εἰς ἔλεγχόν σοι ὑπὸ θεοῦ ὁ οἶκος ἐκεῖνος εὑρεθῇ. μετέωρος

μὲν